

SERIES ALPHABETICA huius
VOLUMINIS.

A
De Actionum cessione. pag. 952.
in successoris univ[er]sales. 972.
necessaria. 986.
Alienatione. 686.
A. R. P. q. l. G. 123.
Assurance. 668. b.

C
De Cambijs. 674.
Codicillis. 392.
Collatione. 271.
Comodato. 538.
Conductione. 612.
Conditionibus. 344.
Conubijs iure. 69. 75.
Constitutionibus P. P. 45.
Contradijs innominatis. 650.
Cessione actionu[m] - 952. 972.
986.
Civitat[is] mutuo. 500.

D
De Decretis. 45.
Delegatione. 910.
Deposito. 550.
Denunciatioe litis. 636.
Divisionibus iuris. i.
Dominio. 123.

E
De Errore. pag. 778.
Evidentijs. 626.
Excussiois Except. 924.

F
De Fidei. 704.

I
De Institutione Heredu[m]. 309.
Inventario. 412.
Integri restitutioe. 808.
iuris divisionibus. i.
iure conubijs. 75.
restitutiois. 428.
retentionis. 884.
innominatis q[ui]libet. 650.

L
De Legitimatione. 83.
Legitima. 237.
Locatione. 612.
Legibus. 17.
Litis denunciatioe. 636.

M
De Matera tutela. 98.
Metus restitutioe. 632.
Monopolijs. 592.
Mutuo civitatis. 500.
Novatione. 896.
Optione. 381.

	pag.
P	
De Pactis Romanis	452.
Pacto redimendi	576.
Pactu Pecoris	203.
Pecunijs filiorumfam.	213.
Poenitentia in iure	782.
actibus circa ius versan-	
tibus	790.
Pollutionibus	470.
Populorum Erantia	828.
Quæstiones	69.

R

De Receptis	45.
Representationis iure	428.
Reproventiois pacto	576.
Restitutio in integrum	808.
q. vi metusve caa	832.
Retentionis iure	884.

S

De Servitutibus Quiritiarum	195.
Sorte	291.
Substitutione	309.
Subtrahio	607.
T	
De Tutela materna	98.

	pag.
Tit. V. 813.	
De Usufructu	131. 143. 163.
Vi, c. 9. restitutio	832.
Werb. Selbst.	677.

Faint handwritten text in German, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Faint handwritten text on the right side of the page, partially obscured by the illustration.



4

69.

QUÆSTIONES JVRIDICAE

Ex tit. 9. & 10. lib. 1. Inst. desumptæ,

Quas

Auxiliante SS. Triade.,

Consensu & Autoritate Nobilissimi & Am-
plissimi JCorum Ordinis in florentissimâ No-
ricorum Altdorfinâ,

PRÆSIDE

JOACHIMO ÖLHAFIO

DANTISCO-BORUSSO,

*Præstantissimis suis Collegis
Exercitij gratiâ*

Ventilandas proposuit

D. XXIII. Octob.

ANNO

M. DC. XXX.

JOHANN-GEORG Müller
WISENBRUNNÄ-FL.

OS(H)SO

ALTDORFFI

Typis BALTHASARIS SCHERFFI,
Universitatis Typographi.

*Præstantiss. ac literatiss.
M. Caspar, amicis &
collegis meis vobiscum.*

V I R I S

Excellentissimo & Consultissimo

Dn. JOHANNI Gelchshelmern / J. U. D.
affini meo suspiciendo,

UT ET

Gravissimo, usq; & experiētiā rerum eminentissimo,

Dn. NICOLA O Zimbern / in præfectur. Castell &
Prichtenstadt præfecto meritissimo, agnato meo colendissimo.

NEC NON

Reverendis, Humanissimis, Doctissimis

Dn. GEORGIO STREBELIO, Pastori apud
Segaitzenes vigilantissimo,

Dn. JOHANNI REINHARTO, Pastori apud Wi-
senbrunnenses, non minus fidelissimo, fautoribus meis
summè honorandis.

Dn. JOH. GEORGIO HOCHSTATERO,
Scholæ Crailsheimensis Rectori, fautori & Præceptori meo,
omni observantiæ cultu prosequendo.

Itemq;

Ornatissimis, Prestantissimis.

Dnn. JOHANNI & CASPARO Müllern /
fratribus meis carissimis,

*Quasiunculas hæc Juridicas, studiorum testimonium, ulte-
rioris favoris & benevolentia promerenda
causa,*

D. D. D.

JOH - GEORG Müller /
Wisenbr. Fr.

Aut. & Resp.



QUESTIONUM

Ex tit. 9. & 10. lib. 1. Instit. de sumt arum

I.

An patria potestas sit Juris Civilis?

Patriam potestatem definimus cum *Dn. Ludwell. D. 2. th. 1.* Jus, quod pater habet in liberos. Dicitur & potestas familiae. *l. 10. C. de suis & leg. Sacra patris. l. ult. C. de inoff. test. Nexus paternus. l. 6. §. 3. C. de bon. qua lib. Vinculum patriæ potestatis l. 4. C. de pact. convent.* Pro decisione autem nostræ quæstionis, Affirmativam, tanquam veriore & in §. 2. h. n. t. probè fundatam cum *Excell. Dn. D. Erasmo Ungeb. in Ex. 3. q. 2. & Cl. Dn. D. Ortolph. Fomari. Diss. 3. Inst. posit. 2. Præceptoribus meis venerand. obviâ manu excipimus.* Causæ enim eandem constituentes, videlicet Justæ nuptiæ (*non omnis conjunctio*) adoptio, & Legitimatio, ex Jure Civili promanant. *pr. Inst. d. P. P. l. 3. ff. de his qui sui vel al. §. fin. Inst. de nupt. l. 1. ff. de adopt.* Omnis verò causa effectum producit sibi similem. Insuper & Romulum legem hanc tulisse, refert *Schneid. hic.* Quid quod minima capitis deminutio tollat ipsam patriam potestatem? *§. minima 3. Inst. d. cap. dim. & §. 6. Inst. quib. mod. jus pat. pot. solv.* quæ si Juris Civilis non esset, utiq; dictâ dim. non tolleretur, quippe non circa ea versatur, quæ Juris Naturalis, sed quæ sunt Juris Civilis. *§. 6. Inst. dec. dem. §. 4. Inst. quib. mod. tut. fin.* Quia etiam eandem patriam potestatem de portatus, qui non nisi iis, quæ Juris Civilis sunt, privatur *l. sunt quidam 17. §. 1. de poen. & l. 15. de inierd. & releg. statim amittit, §. 1. Inst. quib. mod. jus pat. pot. solv.* Parùm nos movet *l. 8. ff. de his qui sui vel al. ubi habetur jus hoc moribus esse receptum, per mores autem jus Gentium intelligi constat.* Nam in *d. l. 8.* per mores significantur mores Pop. Rom. ut ipse arguit contextus: & alioqui non est dubium, quin mores non tam de Gentium, sed & de Urbis Romæ vel alterius civitatis moribus dicantur, *l. 34. §. 1. ff. de contrab. empt.* Quid quòd Jus Rom. aut scripto constet aut non-scripto? per jus autem

A 2

non-

non-scriptum mores intelligi nemo ambigit. §. 3. & 9. *Inst. de l. N. G. & Civ.* Interim tamen non negamus, aliam, aq; hac diversam esse ex Jure Naturali potestatem, communem omnium parentum, l. 2. ff. d. l. & l. quæ consistit in pietate. d. l. 2. reverentiã, l. 6. ff. de in jus voc. obsequio, timore & honore, parentibus, tam patri quàm matri, debitis: & hoc respectu potestas consideratur simpliciter & absolute: Naturã enim pater imperat liberis, sicut rex subditis, inquit scitè admodum *Philosoph. corypheus ille, Aristot. lib. 8. Ethic. c. 10. & 11.* Ea verò, de quã nobis sermo, quæ determinatur ad Remp. Rom. quatenus scilicet novis ibi qualitatibus induta est, & specialibus effectibus firmata, potest dici civium Rom. propria l. 3. ff. de his qui sui vel al. Hoc non in *Disput. 2. th. 2.* distinguit cum *Gædd. in tr. de contrah. stip. c. 2. n. 22.* inter generis & specierum propriam formam, unde apparet pat. pot. juris Civilis esse, licet in genere considerata Juris G. esse dici possit.

QUÆSTIO. II.

An consensus parentum in Nuptiis filiorum. sit necessarius de Jure Civili, an & de Jure Can.?

Ant. Matth. in *colleg. Instit. disp. 2. th. 5.* refert, Antonium Guibertum Costan. in *tr. de sponsal. & matr. & in memor. Juris quæst. c. 12.* defendere, consensum parentum neq; Jure Divino, neq; Naturali & Civili neq; Pontificio requiri. Verùm quæ hac in parte amplectenda sit sententia, ducem habemus ipsum Imperat. in *pr. Inst. de nupt.* Dum tamen, inquit, si filii familiarum sint, consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt, nam hoc fieri debere, & civilis & Naturalis ratio suadet. & c. per l. 2. l. oratione 16. §. 1. l. nuptiæ 18. l. filius ff. d. R. N. l. Paulus 11. ff. de statu hom. l. un. §. 1. versic. oportet. C. de rapt. Virg. Jure Naturali propter ἀντιπελαργίαν. l. 1. & 2. ff. de obs. par. prest. & reverentiam l. 2. ff. d. l. & l. Jure Civili, in tantũ, ait b. §. ut jussus parentum præcedat, in quorum potestate sunt, etiam si filius familiæ esset l. 2. l. filius ff. miles. de R. N. l. nec filium l. si ut proponis 5. & l. 7. C. de nupt. Consensus verò ille vel est tacitus vel expressus, & tacitus quoq; sufficit, ut quando pater sponsalibus filii non contradicit, nam tum quoq; consentire videtur *Schneid. ad t. de nupt.* Semper enim intelligitur pater filia

filiae consentire, nisi evidenter dissentiat. *l. 7. ff. de sponsal.* Manet igitur, Jure Civili consensus vel expressum vel tacitum patris vel avi paterni in nuptiis liberorum, qui in potestate sunt, necessarium esse, & sine eo contractum matrimonium esse injustum, injustos liberos, injustam uxorem. *§. 12. l. d. N.* Interim tamen Matrimonia non minus perstant libera, *l. Tutia de V. O.* quamvis parentum consensui quasi adstricta. Libertas etenim definitur Naturalis facultas faciendi quod velis, nisi si quid jure facere prohibearis. *§. 1. Inst. de iure pers.* hinc illud: legum servi sumus, ut liberi esse possimus: & id liberum quoque est, quod sub certâ lege liberum est: aliud enim est libertas, aliud longa licentia. *Rittersh. de diff. Juris l. 1. c. 2.* Eleganter Beza in *tr. d. divor.* p. 78. Leges, inquit, civiles de necessitate consensûs paterni notiores sunt, quàm ut ignorari, clariores quàm ut obscurari, sanctiores quàm ut aboleri possint. Ad jus Canonicum quod spectat, vulgò persuasum est, per id corrigi jus Civile quoad consensum parentum, quem velit non esse necessarium. *Schneid. ad t. d. N.* ubi tamen inter veteres & recentiores Canones distinguit, & ait, illos magis Jus Civ. secutos esse, & hoc jus volunt in matrimonio tanquam re spirituali prævalere etiam in foro civili. *Clariss. Dn. D. Ungep. precept. meus colendis. Ex. 3. q. 5. cum aliis*, pro confirmandâ affirmativâ etiam de Jure Can. allegat. *c. aliter & c. nostrates 30. q. 5. c. si verum 31. q. 2. c. honorantur, c. mulier, 32. q. 2.* cui & nos hac in parte meritò subscribimus, cum doctissimis etiam viris placuisse videatur, nullam hîc esse differentiam inter Jus Civ. & Can. sed potius summum eorum consensum super consensu paterno in nuptiis liberorum *Rittersh. d. diff. Juris cap. 2. ubi reliqua vid.*

QUÆST. III.

An præter consensum etiam Deductio in domum mariti sit necessaria?

Cùm ex Jure, præsertim *l. 30. de R. l. l. ii. pr. C. d. repud.* satis constet, etiam ex solo affectu consistere posse matrimonium, *Nov. de nupt. 22. c. 3. ibi: Nuptias itaq; affectus alternus facit & c. l. si donationum 22. C. eod. t. l. pen. pr. ibi: quod consensu intelligitur, d. don. inter vir. & uxor.* solumq; consensum & affectum Jura ad essentiam nuptiarum tequirant. *Dn. D. Frantzke. exerc. 2. q. 7.* consequens est, ut de-



ductio in domum mariti ad nuptiarum perfectionem nullatenus requiratur. *Cl. Dn. D. Ungep. exerc. 3.* Deductio enim illa est externus matrimonii contrahendi modus, quo personae desponsatae libere utuntur, quando nuptiis intervenientibus matrimonium contrahere, hoc est, solenni deductione consensum conjugalem ostendere volunt. *Cajus in fragm. l. 1. Instit. tit. de matrim. 4. in pr.* Quanquam non sit negandum, matrimonium contrahi dupliciter, nempe nudo consensu, & nuptiis h. e. solenni deductione interveniente: Nudo consensu regulariter & per se omne matrimonium contrahi potest, modò de affectione & consensu conjugali constet. Ubi verò nuptiis, h. e. solenni deductione interveniente matrimonium contrahitur, non censetur illud perfectum esse, antequam deductio facta sit, ex mente *suprà d. Cl. Dn. D. Ungeb.* Potest itaq; adesse vel abesse, tanquam accidentarium quoddam, salvà matrimonii substantiâ, dummodò affectus & legitima ejusdem matrimonii perfectio aliunde satis probetur. *Nov. 117. c. 2. & c. 2. & seqq.* Tot enim loca indicio sunt, quot scriptum est, nuptias consensum solum efficere: itaq; inter absentes non minus quàm præsentes contrahi possunt, per procuratorem scilicet, qui speciale habet mandatum, *l. 6. l. 34. ff. d. R. N.* Optimè in terminis facit *l. 66. de don. inter vir. & uxor.* unde dupliciter licet colligere. I. hic opponitur consensus deductioni, & tamen quia illo solo nuptiæ subsistunt etiam ante deductionem donatio facta prohibetur, quod tamen fieri nō posset, si nuptiæ nondum essent perfectæ, sive quod idem est, deductio necessariò ad illarum constitutionem requireretur. Hinc simul patet, ante deductionem, & virum & uxorem dici posse: prohibitio enim donationis ad spon- sos non pertinet. *l. 5. l. 27. de don. inter vir. & ux. l. 16. C. de don. ante nupt.* II. Sicuti se habet signatio tabularum ad nuptias & earundem effectum, ita & deductio: conjunguntur enim *in d. l. 66.* Insuper si tam deductio, quàm tabularum subsignatio fieri possunt post contractum matrimonium *d. l. 66. utiq;* ad ejusdem constitutionem non erunt necessariae &c. *plura Dn. D. Frantz k. in d. exerc. q. 7.*

QUEST. IV.

An Rati habitio retrotrahatur in nuptiis?

Placet affirmativa, si nimirum pater nuptias, quibus initio non consentit, ratas habere velit: fundamentum nobis suppetit expressa *l. ult.*

l. ult. pr. ad S. Cr. Maced. sic enim habet: cum nostrā Novellā legē generaliter omnis rati habitio prorsus retrotrahatur, & confirmet ea, quæ ab initio subsēcuta sunt. qui igitur dicit omne, nihil excludit, & semper specialia generalibus insunt. *l. 147. d. R. I. arg. l. si pluribus 44. ff. de leg. 2.* undc & regula pontificii juris totidem verbis transcripta in *e. rati habitioem 10. de R. I. in 6.* quæ omnia nostram de Matrimonio, utpote nullibi ab hac regulā secluso, opinionem stabilire & firmare omnino videntur. Equidem quod liberi absq; parentum consensu non possint matrimonium inire, prohibet patria potestas. *pr. Inst. d. Nupt. l. 2. & l. 25. d. R. N.* quæ tamen ipsa potestas patri data est in præmium, ut ad contrahendas nuptias incitaretur, quemadmodum Romani summis eò laborarunt viribus, ut singulorum civium familias hominum rerumq; propagatione auctas viderent: quod verò patri datum est, à patre potest remitti, *Respondet Cl. Dn. D. Ungeb. præceptor meus honor in exerc. 3. q. 6.* omnes quippe habent licentiam, his, quæ pro se indulta sunt, renunciare. *l. 52. C. de Episc. & Cler.* Ergo etiam pater poterit. Deinde cum *Sichardo in comment. ad l. 5. C. de nupt. 11. 2.* statuimus, mitiorem & benigniorem, prout in omnibus odiosis. *c. odia 15. de R. I. in 6.* etiam in hoc casu sequendam esse sententiam, quæ suadet ut matrimonium, quod ab initio, quoad Juris solennia nullum, accedente postmodum patris rati habitioem, pro eo sit, ac si ritè actum ab initio fuisset. *Bronch. cent. 3. assert. 4.* Et quamvis multi adornent *pr. l. d. N.* quod, ut iustus parentum præcedat, exigat, ideoq; ex hinc rati habitioem robur, si non annullare, multum tamen debilitare conentur, dum asserunt matrimoniū ab eo demum tempore iustum & legitimum, quo pater illi consensit, liberos verò antè natos injustos ac illegitimos manere. *Cujac. in not. ad pr. de nupt.* Attamen verba illa: in tantum ut iustus parentum præcedat, appo- sita esse *in d. pr.* non quidem contra patrem, quasi matrimonium, quod præcessit, non possit, licet velit, ratum habere, hoc enim nulli- bi dicitur, sed pro patre contra filium, affirmat *prænom. Dn. D. Ungeb. in d. exerc.* Scilicet ut patris in arbitrio sit positum, velit nē consensum nuptiis filii adhibere, vel suas ob causas denegare: quando igitur con- sensu suo hac in parte adsit, rata omnia esse quis non videt? quod ipsum eò melius percipere licet, dum attendamus *eundem Dn. D. Ungeb. eleganter distinguentem,* inter iustum hoc est voluntatem patris



patris præcedentem vel verè vel fide. Verè, ait, præcedere, cùm pater consentit vel expressè vel tacitè. *l. in sponsalibus 7. ff. d. sponsal. l. 5. C. de Nupt. Fide* cùm pater ratum habet matrimoniũ, quod aliàs est illegitimum, & tunc assequitur, quod vult *d. l. ult. C. ad SCt. Maced. ratihibitionem* retrahitur, dum intelligimus retrò ad illud tempus trahi, quo res gesta est, favore scilicet matrimonii, ut nuptiæ justæ & liberi efficiantur legitimi, ratihibitio patris retrahitur quia favores sunt ampliandi. *Bronch. cent. 3. ass. 4.* perindè igitur habetur, quasi jam ab initio ritè fuerit initum: id quod futurum erat, si voluntas patris ab initio intervenisset. *Dn. D. Ungeb. d. l.*

QUEST. V.

An nuptiæ sine consensu parentum contractæ subsistant si concubitus secutus fuerit?

Dictum est superius in quæstione nostrâ 3. Consensum parentum ad nuptias liberorum omninò & de necessitate ut ita loquar, absolutâ adhibendum esse, non tam propter pat. potestatem. *pr. l. d. N. l. 2. ff. eod.* quàm propter agnationem sui heredis, ne invito patri heres suus agnascatur. *l. oratione 16. §. 1. ff. h. t. §. sed si quis 7. l. de adopt. ita quidem, ut nuptiæ sine eo contractæ subsistere non possint l. nuptiæ 2. l. nuptiæ 18. l. filius 35. d. R. N. l. dotis promissio 68. de iure dot. l. 2. & l. nec filium 12. C. de Nupt.* Et hæc ubiq; & semper procedunt, paucis exceptis casibus. E. G. Si pater fuerit furiosus. *pr. Inst. de nupt. l. si neq; 9. ff. eod. l. si furiosi 25. C. eod.* Vel si effluxo triennio integro pater, captus videlicet ab hostibus, ita absit, ut an sit & ubi, planè non appareat. *l. si nepos. 9. §. 1. cum l. seq. ff. d. R. N. l. 12. §. 3. ff. de cept. & post l. reversis.* Vel etiam, si ad eò iniquus pater, ut liberis uxores ducere & nubere injuriâ prohibeat *l. capite 19. ff. R. N.* Præsertim si justam prohibitionis causam allegare nequeat, tunc enim consentire putatur. *arg. l. dotem voluntate 37. ff. sol. matr.* Hinc non immeritò quæstionem instituímus, an nuptiæ sine consensu parentum contractæ subsistere non possint, si concubitus secutus fuerit? & præcunribus *Cl. Dn. D. Ungeb. Ex. 3. q. 6. in C. Cl. Dn. D. Agricol. in prælectio- nibus ad t. de nupt. q. 3.* easdem valere per negamus, si nimirum parentes rescissionem petant, atq; petitionis suæ justam causam præ- tendant.

cendant *arg. l. 19. h. r.* hæ enim non dicuntur iuste nuptiæ *l. dotis pro-*
missio. 68. de jure dot. quippe contra leges, quæ expressè patris con-
 sensum requirunt, contractæ, consequenter igitur irritæ & nullius
 momenti, etiam si copula carnalis sit subsecuta; aliàs enim hoc mo-
 do delinquens peccatum peccato cumularer, si tantæ concubitus
 esset efficacix, ut injustum ac vitiosum conjugium corroboraret,
 quod permittendum non est. *Donell. lib. 13. Comm. c. 20.* Deinde si votum
 DEO factum dissentiente patre rescinditur. *Num. 30. v. 4. cum seq.*
 quid obstat, quo minus votum homini factum, non consentiente
 patre rectè retractetur, cum ex infallibili DEI verbo ejusmodi matri-
 monia dirimenda sint. *Exod. 22. v. 16.* absurdum est igitur, vitiosum
 per aliud æq; aut magis vitiosum confirmari *Don. lib. 13. c. 20. referen-*
te Dn. Ludw. ell. D. 2. th. 5. Et quamvis Jure forsan Canonico hu-
jusmodi matrimonium subsecutâ nimirum carnali copulâ appro-
betur: Jure tamen Civili contrariam sententiam defendi constat,
 quam etiam, cum justâ nitatur ratione, atq; in utilitate publicâ, in
 pietate, in honore, parentibus divino & humano jure debitis, in ho-
 nestate deniq; suum habeat fundamentum, ideò omninò retinen-
 dam & sententiæ Can. jure approbatæ, anteferendam putamus, cum
Hunnio, Resol. lib. 1. tr. 3. q. 17.

QUEST. VI.

Utrum is, qui vitiatam ab alio ignoranter
duxit, retinere eam cogatur?

Quanquam aliàs in veris contractibus regulariter obtineat, ut
 contractus ex errore conditionis vel qualitatis personæ, quâ cum
 contrahitur, non rescindantur, quoniam qui cum alio contrahit,
 vel scit vel scire debet conditionem ejus, *l. qui cum alio. 19. d. R. l.*
 Secus tamen in casu eo matrimoniali, quo quis vitiatam ab alio,
 quam virginem putabat, ignoranter sibi junxit, dicendum esse sta-
 tuimus cum *Cl. Dn. D. Ungeb. in ex. 3. q. 8. Paul. Matth. Wehner. pract.*
obs. Verbo, Frauen und Jungfrauen lit. F. qui allegat Dent. 22. Matth.
1. v. 19. l. exempto §. si quis virginem §. de act. emt. Nov. Leon. 93. cap. tua
nos. 26. in fin. de sponsal. Beust. de matrim. c. 34. Consil. Altorf. 83. f. 542.
 Retinere igitur eam non cogitur, *d. l. exempto 11. §. si quis §. de act.*

B

Empt.

*Empti. & vend. ubi à minori (à vili ancillâ) ad majus (liberos homi-
nes) rectè argumentamur: Justa enim ignorantia nemini debet no-
cere l. si quis 3. in pr. & l. pen. d. Scit. Maced. l. regula. 9. in pr. & §. sed
facti 2. de iuris & facti ignor. quæ allegari hîc rectè potest, quia hæc res
in occulto fieri solet, & ab istiusmodi fœminis quàm studiosissimè
tegi Dn. D. Ungeb. d. l. ne prodantur. Deinde etiam fides conjuga-
lis ad matrimonii substantiam omninò necessaria, ab ejusmodi mu-
liere, licèt verbis, re tamen nunquam est data. So man demnach nicht
findet / was man gesucht / ist man für Gott nicht schuldig / ein solche Dir-
ne zu behalten / probat Div. Luth. Tom. 4. len. Germ. tit. Antwort D.
Martin L. auff eine Ehsach. Insuper delictum hoc æquiparatur adul-
terio, eademq; pœna utroq; casu infligitur, quemadmodum igitur
adulterium ab uxore commissum, per subsequentem mariti igno-
rantis consuetudinem minimè purgatur, sed eo cognito, divortium
fieri potest, ita quoq; se res habet in hoc nostro casu, docente sæpius
allegato Dn. D. Ungeb. Et quamvis æquiparatio hæc procedat jure
Mosaico, & hinc objciatur, leges forenses Mosaicæ ad nostras poli-
tias non pertinere, dicimus tamen cum Phil. Mel. in exam. ord. loco de
conjug. Exemplum legis Mosaicæ plus munire conscientias, quàm
alia argumenta, quia ex testimonio legis divinæ certi sunt legislatō-
res, se non facere contra voluntatem DEI: quis igitur os in cœlum
ponere, & ab ipsissimâ sapientiâ approbatum improbare turpiter
præsumat? Docemur tandem Exemplo Josephi, c. 1. Matth. v. 19.
qui conjugem, quam ex alio gravidam suspicabatur, deserere voluit,
& idè à justitiâ commendatur. d. v. 19. quæ ipsa cogitatio licèt in
effectum non fuerit producta, inde tamen est colligere, quid senserit
vir ille justus, & quid in tali casu sit statuendum. Exemplis quidem
non est judicandum, sed legibus. l. nemo 13. C. de sent. & interl. omn.
jud. Verùm hanc ipsam regulam de malis saltem, quibus jura adver-
santur, intelligendam esse censemus: Exempla enim bona in jure
nostro sæpè attendi, nemo est, qui negabit. l. 1. §. 1. d. postlim. l. 8. ad l.
Iul. majest. l. Cicero 39. d. pœn. l. postliminii 5. §. captivos 3. d. capt. & postl.
reversis. & similes.*

Tibi sit laus & honor in secula!

I. Præ

I.

*Præstantissimo***DN. RESPONDENTI,**amico meo singulari, & confa-
lino dilecto.

כל-חוקר תורת טפסר

גם כל-חפש תורת אסר

תורת טפסר גר אל-רגליו

זתסר חשך מעליו

ברוך אתה כי חקרתה

זאת לרוש תורה נצאתה

על-כן עתה חוד בקרתה

אף הדר גדול מצאתה:

F.

M. MAGNUS KOCH No-
riberg. SS. Theol. Stud.

II.

DUm te, Juridicis juvat invigilare libellis,
Conatus, laudem, quam mereatur, habet.
Sed perge inceptam studii detexere telam,
Præmia pro parvo magna labore feres.*In Inclutz Noricorum Academia*

de prop.

GEORG-JUSTINIANUS**WEHNER.**

C 2

III. Thejolo-




III.

Thejologus certat Medicus quoq, disputat: omnes
Rixando vincit Proculus & Labeo
Et tu quo possis olim Legulejus haberi,
Certas, hos ausus approbat, alma Themis.

de prop.

HEINRICUS MATTHESIUS
Forsta - Lusatus.



IV.

Jura ubi quæsisisti multo, MÜLLERE, labore,
Est Capitolinus nunc Tibi pensus agon.
Sic faustum! & liceat Tibi mox contingere quercum
Tarpejam, Tua sit quæ redimita coma.

Gratulabundus accinnebam

HECTOR PŒMER
Pat. Nol.

Sic Finis: Soli Gloria Sola Deo!


00 A 6343


ULB Halle 3
002 928 566



1. Rubre ✓ VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Black, 3/Color, White, Magenta, Red, Yellow, Green, Cyan, Blue

IONES CAE

Inst. desumpta,

. Triade,

Nobilissimi & Am-
in florentissimâ No-
lorfinâ,

DE
ÖLHAFIO
ORUSSO,

*uis Collegis
atiâ*

oposuit
Octob.

X X.

ORG Müller
Nâ-Fl.

SCHERFFI
ypographi.

*Prestantissimo ac literarissimo
vno Collegiarum, amicis et
collegis meo venerabilissimo.*

69.

